e ¶ *Fizieren.* Nota etiã, quòd quando peregrini inhumaniter tractantur, non solũ possunt habere recursum ad iudicem lo ci, vt hic subijcit, sed etiã ad episcopũ, & iste est casꝰ in quo cõtra laicos potest se intromittere, vt probat in.d.cap.1. de empt. & vẽdi. & ibi notat Ioa. de Imol. qui & allegat. c. si quis romipetas. & ca. si quis. 24. q. 3. & notat Innocen. vbi Abb. in.c. significãtibus. de offi. delega. & adde.l.fi.§. item episcopi. ff. de mune. & hono. & l.1. C. de episco. audi. & refert Ioan. Andr. in.d.c.i abbatem antiquum dicentem quòd audiuit magistrum suũ indurantem illud capitulũ pro iurisdictione ecclesiastica, contra temporalem, vt posset punire quosdam, qui immiscebant farinam fabarũ cęrę venali, quod dictum fortè non admittetur in foro seculari, licet Ioan. de Imol. ibi dicat esse hoc dictum menti tenendum.

¶ *Lex. 28.*

* ¶ Emphitheosis est datio rei immobilis ad annuum censum in scriptis celebrata: & fit cum partium voluntate ad vitam recipiẽtis vel etiã hæredum: etsi res tota casu perit, est emphyteota liberatus. sed si remanet octaua pars tenetur ad totum censum. Item si emphyteota ecclesię per biennium aut laici cessꝛet per triennium in census solutione: etiam domino non petente potest ei dominus rem: sua auctoritate auferre nisi postea infra decem dies sine lite soluat: & nisi in his terminis soluat incidit in cõmissum, & potest auferri res per dominũ etiam sine lite: quia dies statuta pro domino interpellat. h.d.

f ¶ *Cosa rayz.* Constituitur enim emphitheosis super immobilibus, non super mobilibus, vt hic & in. §. licentiam. in auctẽ. de alie. & emphi. colla. 9. & notat glos. in. §. adeo. insti. de locatione. & Azo. in summa. C. eo. & hoc est de natura emphitheosis, vt dicit Bal. in.l.1. in fi. C. de iure emphi. ex quo dicit quòd si contineatur in instrumento, quòd ecclesia concesit in emphitheosim oliuetũ in tali loco situm, quòd intelligitur de terra oliuata non de arboribus pendẽtibus. & subdit q̃ si actum esset q̃ ipse arbores essent emphitheoticę nõ fundus, q̃ valeret donec arbores sunt in fundo, propter immobilem radicem: & si veteres arbores siccantur & nouę ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis pullulent, durabit emphitheosis: quia nō est mortua radix productiua imo viuit in plantis. ff. de dam. infect. l. damni. §. is qui vicinas, & q̄ emphitheosis consistat tantū in immobili⁹. Adde Bar. p tex. ibi in auctē. de nō alienādis. §. emphitheosim. 2. notab. colla. 1. res tamē mobilis ascripta solo pōt dari in emphitheosim, vt notat Ioa. de Plate. per tex. ibi in. l. quēadmodū. C. de agrico. & censi. lib. 11. alleg. d. §. emphitheosim, in fine.

es dada [a] a cēso[b] señalado, para en toda

a ¶ *Dada.* Et nō requiritur q̄ à principio pretiū interueniat, licet glo. in. c. potuit. de locato dixit contrariū, secundū Abb. qui dicit cōmuniter teneri, & vi. in glo. sequen.

b ¶ *Acenso.* Non intelligas q̄ cōtractus emphitheoticus sit cōtractus censualis: quia inter hos multæ sunt differētiæ, vt notat glo. & ibi latè Abb. pe. & fi. colu. in. c. cōstitutus. de religio. domi. Iaso. in. l. 1. C. de iure emphi. colu. 10. in fi. cum prin. n. sed q̄ emphitheosis datur sub annua pēsione, vel cēsu. & aduerte: quia probatur hic nō esse de substantia cōtract⁹ emphitheotici, q̄ à principio interueniat certa quātitas pretij, vel alia res. prout tenuerunt multi, vt refert Alberi. in. d. l. 1. vbi dicit hāc esse cōmunē opi. de quo latè per Iaso. in. d. l. 1. vbi dicit (col. 1. & 2. referens in cōtrariū esse cōmunē opinionē,) q̄ non requiratur à principio aliqua præstatio quātitatis, vel alterius rei, quę opinio approbat hic. Quid tamē si in instrumēto cōtineatur talis dedit in emphitheosim, vel cēsum quis cōtract⁹ dicatur emphitheoticus, vel censualis? Ioa. Fab. in. d. l. 1. dicit q̄ emphitheoticus. allegat. l. sed si adijciatur. ff. pro socio. & l. species. ff. de aur. & argē. lega. & cūeo. transit Iaso. C. eo. l. 2. colu. 89. versi. 8. quæro est in. 89. colu. totius tractatus. & idem videtur si diceret, recipio in emphitheosim & censum, nisi ex adiunctis aliud constaret. ¶ Sed quid de cōtractib⁹ censualibus nostri tēporis, vbi ponens censum siue annuū redditū supp̄ssessione sua, non transfert dominium rei in ementem annuū redditū, sicut est in contractibus alijs censualibus antiquis, de quib⁹ in d. c. constitutus. sed ipse vendēs annuū redditū remanet domin⁹ fundi, & solū venditillud ius percipiendi: vtrūm dicti contractus sint liciteiest quæstio antiqua in qua fuerunt contrarię & diuersę opiniones, vt patet ex notatis per Innocē. Hosti. & Ioan. Andr. in. c. in ciuitate. de vsur. & in casu in quo vēditur annuus redditus iā ante istum contractum institutus. cōmunis doctorū resolutio est, q̄ sit licitus talis cōtractus, siue talis census cōsistat in redditib⁹ fundi, vel domus: siue ex laboribus certę personę liberi, vel serui, vel in actione vel nomine: neque potest dici q̄ hic interueniat vsura, imò purus cōtract⁹ emptionis & venditionis: quia ibi est pretium, scilicet certa quantitas pecuniæ. item est ibi merx. scilicet certus redditus, canon, vel annona, & procedit hoc siue ematur in perpetuum, siue ad vitam, vel ad certum tempus, veluti decē annorū. & idē est iudicandū de tali contractu, sicut de alio puro contractu emptionis, & venditionis, cuiusq; rei. Si verò redditus de nouo cōstituitur tēpore venditionis super fundo vel alia re, dixerunt quidā talē contractum esse illicitū, & vsurariū, vt pote quia ibi deficit merx, quæ ematur, & quia interuenit fraus de cōtractu ad cōtractū, & in hāc sententiam videtur inclinare Ioa. Andr. in additio. ad specul. super rubrica de vsur. vbi dicit, q̄ quando fructus fuissent certi, putà censuales redditus nō submissi fortunę, & tempus certum, plus traheretur cōtractus ad vsurā. In hanc etiā sententiā inclinare videtur Innocen. in. d. ca. in ciuitate. dum dicit, consulendum esse omnibus fidelibus, q̄ à tali contractu abstineāt, quādo census de nouo cōstituitur: hanc partē etiā tenuit Henrri. de Gandauo, prout refert Guillelm⁹ Bont. in suo quolibeto. vtrūm liceat emere redditus ad vitā vel in perpetuū, vel sint illiciti & vsurarij, vbi refert octo media, quibus dictus Henricus de Gādauo fundabat suā assertionē, & principale motiuum istorū videtur, q̄ in emptionibus & vēditionib⁹ pecunia debet esse mediū, non extremū. l. 1. ff. de cōtrahē. emp. nō ergo in proposito pecunia debet esse extremū. i. res empta: quia vbi pecunia est res empta, ibi est vsura, ex quo pecunia pecuniā producit. & sic videtur, q̄ non liceat emere redditus pro pecunia: quia hoc est in effectu emere pecuniā pro pecunia. vnde dicit q̄ in casu in quo huius modi cōtractus liciti essent oporteret esse duos cōtractus, scilicet cōtractum emptionis fundi, & postea venditionis fundi ad certos redditus & tunc accipitur cēsus, siue pensio de re sua: quia de terra empta tradita & expolita pro annuo censu, siue pro annua pensione percipitur. neq; obstat secūdū eum solutio aliquorū dicentium, q̄ em ēdo pensiones vel reddit⁹ nō emitur pecunia. sed ius recipiendi pecuniā: quia licet verū sit aliud esse ius percipiendi pēsionē, vel redditus. gl. alind ipsa pensio vel redditus. & propterea etiam verū sit illud ius percipiēdi pecuniā posse emi, quia est estimabile, quia secundū eū videtur nō posse emi illud ius immediatè mediātè nuda pecunia: sed oporteret, q̄ emat mediātè alio, putà mediātè fūdo, vel mediātè donatiōe, veluti si tale ius percipiendi esset donatum à rege. Ioa. de Ligniano, quē sequitur Laurē. de Rodul. in tractatu suo de vsur. q. 18. in fi. tenere videtur eandē sententiā, si vltra cōstitutionē noui redditus interueniat pactū de reuēdendo. & idem videtur tenere Abb. in sua. 5. disputatione, incipit augerio. ¶ Contrariā sententiā imò q̄ talis contractus sit licitus etiā in cēsu, q̄n de nouo cōstituitur, tenuerūt multi docto. vt refert Inno. in. d. c. in ciuitate. de vsur. imo & ipse Innocen. nō videtur deuiare ab eadem sententia, licet per viā cōsilij dicat abstinēdum esse ab huius modi cōtractibus: refert etiā alios, quā plurimos dict⁹ Guillel. Bōt. vbi supra eandē sententiā tenētes in respon. ad. 7. motiuū Henrri. de Gādauo. hoc etiā tenet Syluester in sua sūma in parte vsura. El. 2. in versicu. 12. quæritur. vbi dicit hoc cōmuniter tenere doctores parisinos & canonistas. in. d. c. in ciuitate. subdens q̄ nō videt bonā differentiam inter affictū antiquū & nouū: tū quia nō directè & immediatè emitur affictus, seu redditus: sed ius exigendi & percipiendi illum: tum, quia si affictus antiquus, quē secundū⁹ omnes emere licet, fuit licite institutus, quare nō potest & nūc alius institui & vendi? si verò fuit institutus illicitè quasi res de se iniusta, licitè emi nō posset per regul. nō firmatur de reg. iur. lib. 6. neq; etiā potest dici secundū eum q̄ hic non interueniat merx, quę emitur: quia imo est scilicet certus redditus seu ius exigendi illud. & quia tenet ēptio et fructuū futurorū qui sperantur. l. neq; emptio. ff. de contrahen. emptio. vt & in iactu retis. l. si iactum. ff. de actio. empt. Hęc etiā parē videt approbari per duas extrauag. Martini quinti, & Calixti tertij. quę sūt sub titulo de emp. & vendi. in volu. extrauagan. cōmunium, vbi tales cōtractus declarantur liciti & non vsurarij. hoc etiam patet ex lege nostra thaurina. 68. & de nouis. ll. de Madrid. anno domini. 1534. petitione. 127. & in curijs Tolleti petitione. 10. vbi tales contractus permittuntur etiā si interueniat pactum de retro vendendo. & ista pars de rigore iuris videtur verior, & cōmunior inter doctores, & stantibus dictis declarationibus papalib⁹, nō est ampli⁹ disputandū, prout in simili. q. vult pet. de Ancha. in regul. peccatū. de reg. iur. libr. 6. in fi. 16. colu. vbi vult in. q. illa. an bona infidelium, qui nobiscū viuere volunt in pace possint capi & deprædari. in qua. q. fuit contrarietas inter Inno. & Hosti. sed dicit Ancharra. ibi q̄ vbi ex auctoritate Papæ caperentur, & deprædarentur, eius determinationi & diffinitioni esset standum: neq; peccatum incurreret, qui auctoritate ecclesiæ occuparet. refert etiam Guido papæ in suo opusculo de contractibus illicitis. colu. 8. q̄ istam opinionem seruat totus mundus: & Papa sic tolerat nō tolerantia dissimulatoria: sed ex certa sciētia etiam inter ecclesiasticos: & q̄ Papa conuentui Sācti Antonij Viēnenſi, & etiam aliquibus ecclesijs collegiatis regni Franciæ, & Delphinatus cōcessit: & quotidie concedit facultatem, vt possint tales pensiones annuas emere, licet secundum eum nō foret necesse tales licentias impetrare, cùm iure communi concedatur. & licet ista opinio sit vera & cōmuniter à theologis & canonistis approbata. ¶ Limita eam primo, quando nouus census constituitur à dante pecuniam in personam ipsius, qui recipit pecuniā: quia tunc talis cōtractus semper est illicitus, & sapit vsurariam prauitatē. nā tunc emitur pecunia pro pecunia, & pecunia inuenta est, vt extimet alias res, nō vt extimet. l. si ita fideiussorē. ff. de fideiusso. & in. d. l. 1. ff. de cōtrah. emptio. hęc limitatio colligitur ex dictis Innocen. vbi hoc expressē videtur tenere, in. d. c. in ciuitate. de vsur. & sequitur ibi Ioan. Andr. Anto. & cōmuniter doct. & ideo dixit Ioa. de Lignia. in. c. fi. de vsur. quem refert & sequitur Lauren. de Rodulphis in. d. tracta. de vsur. 6. q. principali. versi. quæro. 14. habet statutū &c. q̄ si consuetudo, vel statutū ciuitatis habeat, q̄ rectores vendant de pecunia ciuitatis alicui & suis hæredibus quinq; florenos vel decem annuatim pro centum, q̄ talis contractus est illicitus: nisi ciuitas constitueret illum cēsum in bonis ciuitatis alijs à pecunia, & secundum istam limitationem consuluit Francis. de Aretio consil. 151. incipit viso themate ad me trāsmisso. & cēsed aduerte, quia Bal. in. l. vna. C. de his qui penæ nomine. colu. 7. versi. & hoc facit ad quæstionē. videtur velle cōtrarium expresse contra istam limitationem. dicit enim hæc verba pone ego emi à titio nomen suum, hoc modo: quia emo à titio pro mille redditus quinq; pro centenario annuatim. & plerique dicunt q̄ ista non est vsura: sed in contrarium facit quia iste reddit⁹ est in fallibilis, & eiusdem perpetui tenoris. vnde iste cōtractus est suspectus de vsuraria prauitate, præsertim si iste coloratus emptor consueuerat fœnerari: plerig; cōcedūt q̄ iste cōtractus est suspectus: tamē nō adeo q̄ fœneratitius debeat iudicari. quod concedo, si in regione eō muniter hic redditus frequentatur, & inter bonos seruatur, & apud mercatores hoc idem contra id quod dictum est in ista prima limitatione. tenet idem Bal. in. c. vnico. si de feu. vasa. ab aliquo interpella. fuerit. versic. sed quid dices. vbi dicit, q̄ si ego emo à te annuū red ditū de quinquaginta florenis in anno pro precio mille florenorū,

quos tibi soluo, quòd licet aliqui dixerunt istum contractum non esse sine vsurarum scrupulo, vt alias ipse Bal. dicit in. d. l. 1. q̄ si tamen apponeretur pactum q̄ illa mille conuerterētur in emptionem prædiorum: tunc iste contractus iustior esset, & si venditor nō vult emere, imputet sibi: & cum hoc videtur transire Bal. licet statim subdat, considera super ista cautela. & cogita ne per istas cauillationes conscientiam tuam lædas. Similiter & contra istam limitationem tenere videtur syluester vbi. 5. vbi postquam retulit dictum Io. de Lignia no. de quo supra, dicit sibi videri etiam isto casu esse veram venditionem, & quòd non sit obligatio personalis: sed realis cum obligentur bona venditoris pro redditu, mouetur per rationem veruer. & Alexand. Lombar. quam superius retulit: quia cum habeamus tria bonorū genera, mobilia scilicet & immobilia, & iura in vtrisq;, hoc tertium genus est, quod venditur & idem voluit cōradus in suo tracta. de contractibus. q. 74. &. 75. Caro. moli. in tracta. de vsur. & contractibus nume. 22. Io. à medina in tracta. de restitutio. in. q. de censibus col. 5. Sed propter hæc dicta non videtur recedendum ab ista limitatione, quę videtur esse magis communis inter doctores, & quia verè & realiter in hac prima limitatione non interuenit res aliqua, q̄ ematur alia, quam pecunia in effectu, & non potest negari quin talis contractus magis sapiat mutuum sub vsuris, vel saltim maximā habeat vicinitatem cum mutuo, neq; potest dari illud tertium genꝰ bonorum isto casu, cum istud ius neq; cadat super re mobili vel immobili. & sic deficit fundamentum syluestrij. neq; dato quòd obliget bona sua pro solutione talis census, tenebit talis contractus cum illa hypoteca sit accessoria ad personalem obligationem: & emptio ipsa non contrahitur super bonis aliquibus, & facit ad hoc quod dixi. 5. eo. l. 19. in glo. magna, quòd hypoteca velut accessoria debet regulari ad personalem obligationem. & comprobatur hoc ex dictis extrauagantibus, cum dicunt quòd imponebatur census super oppidis, agris, terris, in contractu expressis. Et quia isto modo & non alias, isti contractus frequentantur, vnde tene prædictam limitationem tanquam veram & obuiantem fraudibus vsurarum: in vno tamen casu non procederet ista limitatio, scilicet si ille qui constituit censum, se obligando, esset solitus locare operas suas ad tantum pro anno: & venderet ipsas operas seu constitueret censum in illis, nam talis contractus licitus esset, vt est de mente Innocen. & aliorum in d. c. in ciuitate. & tenet Ange. de clauas. in sua summa in parte vsura el. 1. versi. quid de illis colum. 2. est enim tunc merx quæ ematur, & per prædicta potest etiam dici quòd si res super qua imponitur census penitus destruantur, quòd cum non sit in quo maneat istud ius percipiendi, quod fuit venditum liberabitur venditor à pensione, vel censu & periculum huius peremptionis erit emptoris, vt in. l. 1. C. de pericu. & commo. rei vendite. & quid si res non penitus intereat: sed remaneat area? vi. quæ dicam. 1. in glos. in parte e por fuego. & plane procederet. quando census seu redditus constituitur limitatè ratione talis prædij vel prædiorum, ita quòd constituens & eius hæredes illis perēptis non teneantur ad solutionem redditus illius rei nisi ratione illius rei & quandiu illam possideant; si tamen hoc cessaret esset maius dubium cum fundus ille non sit venditus sed obligatus pro certiori solutione census & sic principalis obligatio videtur personalis & alienatio prædij super quo constituitur accessoria. quod certe multum confert ad opinionem illorum quòd possit dictus iste annuus cēsus cōstitui super pśonali obligatione illiusq; recipit pecuniam sed adhuc potest dici quòd licet fundus non sit vēditus venduntur tamen redditus ex fundo pro ea summa qua emūtur & illi sunt sup quibus cōtrahitur, & sic est ibi ius reale adherens fundo. ¶ Secundo limita nisi census qui imponitur super re non possit in totum haberi de redditibus rei, vt si constituam censum super domo de decem, cum non possit conduci, nisi pro quinq;: nam tunc talis contractus esset illicitus & fraudulosus, secundum Io. de lignia. in. c. fi. de vsuris, refert & sequitur Lauren. de rodulphis in. d. suo tracta. de vsur. 12. q. in. 6. folio totius tractatus: quia tunc insurgit obligatio personalis, vt in. c. illo vos de pigno. &. c. ad nostram. de empt. & vendi. syluester etiam vbi supra, tenet etiam talem cōtractum esse illicitum: & illud plus esse obnoxium restitutioni, licet proprie secūdum eum non possit dici contractus vsurarius, supposita veritate venditionis: quia cessat numerus & aduerte, quia hæc limitatio est multum contigua superiori: quia in residuo in quo res illa in qua imponitur census, non sufficit ad redditum constitutum quolibet anno, videtur, quòd deficiat merx, quæ ematur. & sic contractus erit illicitus & pro residuo insurget personalis obligatio, & contractus censeretur factus in fraudem vsurarum, & crederem quòd & si pro solutione talis census (impositi super re qui non sufficit ad talem redditum quolibet anno) obligaret venditor omnia bona sua, quòd adhuc procederet quod supra dixi: quia vt dixi in præcedenti limitatione, requiritur quòd in bonis constituatur census, & ad bona fiat relatio: & dato quòd quis omnia bona obliget (vt dixi) nō per hoc videtur constituere censum super illis bonis, vt etiam asserit dictus Lauren. de Rodul. vbi. 5. quæstione. 13. Quod multum tene mentinam forte ex hoc limitatione sic declarata multi contractus censuales à personis pauperibus facti super rebus vel fundis, qui deductis sumptibus sunt parui redditus sibi uerterentur, & bene facit dictum Bartol. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. secundo. vbi dicit, quòd aut quis vendit fructus constituendo ius vsufructus in re ipsi ementi: & tunc est alienatio, vt in. l. fina. C. de reb. alie. non alie. aut non constituendo: sed se obligando actione personali ad dandos fructus. & tunc non est alienatio bene facit etiam ad hoc, quòd hypoteca omnium bonorum venit accessorie & ad executionem principalis dispositionis, & non debet ampliare neq; alterare principalem dispositionem, sicut & alias habetur in clementina prima in fi. de præben. & tradit Feli. in capitu. licet de offi. ordina. & decius consilio. 305. colum. fina. & consilio. 413. colum. fi. intellige, quod dictum est circa istam secundam limitationem, quando emptor non ignorauit redditus rei super qua census imponebatur: nam si ignorasset & deceptus à venditore crederet sufficientem esse ad tot redditus, quanti erat census tunc non esset illicitus talis contractus, nec videretur factus in fraudem vsurarum: imo competeret actio empti emptori contra venditorem ad interesse, vt in lege si sterilis in principio. & in. §. 1. ff. de actio. empti. & l. in venditionibus. ff. de contrahenda emptio. l. 12. & l. 63. titu. 5. infrà eadem partita. Si verò non fuisset deceptus, licet dicat se ignorasse valorem reddituum procederet quod dixi: quia videtur affectata ignorantia, & quia explorare debuerat argumen. l. qui cumalio. ff. de regulis iuris. l. fed & si pupillus. §. condicio. ff. de instito. neque contra istam limitationem obijci poterit de dicto Barto. in. l. fundus quem. ff. de annuis lega. cum dicit, quòd idem est dicere lego. 10. super illo fundo, quantum si dicer et, obligo illum fundum & sic quòd non sit inter hec differentia in constitutione noui census an dicat obligo fundum vel impono super tali fundo: nam licet dictum Bar. esset verum (quod tamen non caret scrupulo, vt patet ex notatis per Specul. titu. de locato. §. nunc aliqua versicu. 86.) Barto. loquitur respectu pignoris vel hypotecæ: casus autem noster est non respectu hypotecæ: sed vt videatur in quo fuit factus contractus venditionis, seu vnde fuit iste redditus venditus. & sic quæ sit merx quæ venditur. Præterea Bar. vult quòd idem sit dicere super fundo quantum obligo fundum: non verò dicit, quid econtra si idem esset dicere obligo fundum ad decem, quæ lego quantum si diceret super illo fundo inter quæ in casu nostro longè interest. Hoc idem probatur ex dictis extrauagantibus, si ex verbis earum narratiuis licitum sit arguere, cum narrant impositionem census factam super talibus prædiis domibus &c. & cum dicit bonis in ipso contractu tunc expressis pro ipsius census ex solutione in perpetuum obligatis, si tamen super omnibus bonis constitueretur census: tunc bene teneret contractus cum principalis dispositio omnia bona concernat, & nō veniat tunc accessorie: sed principaliter vt & voluit dictus Laurentius de Rodul. in. d. q. quæstione. ¶ Tertio limita nisi in tali venditiōe census interueniret pactum de re vendendo, & pretium esset iniustum: nam tunc paruitas pretij iuncta cum pacto de reuendendo, faceret præsumi contractum illicitum, & in fraudem vsurarum, vt dixit glos. notabilis in capitu. conquestus. de vsur. quinimo & fortius est quod voluit Lauren. de Rodul. in. d. suo tracta. de vsur. quæstione. 18. in fin. quòd & si detur pretij iustitia: si tamen in istis censibus qui nouiter instituuntur interueniat pactum de reuendendo, ex hoc præsumitur contractus illicitus & in fraudem vsurarum, quod dictum reputo falsum per ea quæ supra dixi: quia data iustitia pretij tale pactum etiam in censibus seu redditibus qui de nouo constituuntur est licitum, & approbatur in dictis extrauagan. quando verò cum paruitate pretij concurrit dictum pactum, an ex hoc præsumatur contractus illicitus & vsurarius fuerunt varię opiniones: nam quòd ista duo sufficiant vltra id quod habetur in. d. glo. hoc tenuerunt Inno. Ioan. Andre. Anto. Ioan. de Imol. in capitu. ad nostram. de emptione & venditione. & plures alij docto. relati à Bartho. Cepol. veronē in suo tracta. de simulatione contractuum in. 6. casu principa. & per Soci. consi. 248. 2. volumine incipit nunquid ex duobus. & decius consilio. 167. causa quæ coram reuerendo vicario & consilio. 308. & dicit Bald. in. l. fi. C. de condi. insertis quòd contractus de reuendendo non est suspectus, nisi ex reddituum quantitate immoderata respectu pretij. & multo fortius est suspectus secundum eum si sit ibi donationis clausula contraria opinionem quòd ista duo non sufficiant tenuerunt plerique docto. qui etiam referuntur in dictis locis, & huic parti cum certis limitationibus adherere videtur Bartho. Cepolę. vbi supra. & etiam Soci. in. d. consil. 248. vbi plenè respondent ad capitulum ad nostram. de emptione & venditione & ad capitulum illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos de pigno. ¶Ego verò in materia de qua loquimur, propter magnam vicinitatem, quam habent isti contractus censuales cum mutuo, & quia propter eos charitas christiana exulat, in censibus qui de nouo constituuntur adhærerem illi opinioni, quòd dicta duo prædicta, paruitas scil. cet pretij & pactum de reuendendo sufficiãt. cum hæc opinio habeat pro se glosſ. autoritatem & valentisſimos doctores. & quia pro ea satis facit text. dict. capitul. ad nostram. nam potest dici quòd papa ibi non iudicat contractum vsurarium ex appositione pacti, quòd à septennio vsq; ad nouennium posit reemere, potest enim venditio fieri ad certum tempus. l. 2. C. de pactis inter empto. & vendito. & quod ex hoc non debeat iudicari contractus vsurarius, tenet Bald. in capitu. 1. versicu. quæro de quibusdam. de feud. dat. in vicem. l. commisso. non ergo propter hoc pactum potest dici, quòd fundetur dispositio. d. c. ad nostram. sed ex paruitate pretij cum pacto de reuendendo, siue purè, siue ad certum tempus. & quod ibi ponit papa de septennio ad nouennium, fuit contingentia casus. Ratio fundamentalis est, quia non præsumitur animus vendendi ex paruitate pretij, cum pacto de reuendendo. & ideo fortè. l. regni. 1. titu. 3. lib. 8. ordina. rega. quæ iudicat contractum vsurarium ex pacto de reuendendo cum dicto pacto, quòd vsque ad certum tempus non posit redimi, debet intelligi data paruitate pretij: nam si pretium esset iustum ex hoc pacto, non posset contractus iudicari vsurarius, prout & dicit Bar. Cepol. in dicto suo tractatu in decima præsumptione & satis probatur in dicto capitu. ad nostram. & credendum est promulgatorem illius. l. regni in hoc habuisse respectum ad dispositionem iuris canonici: & quia contra ius canonicum seu in casu in quo deficeret iuris canonici dispositio, non valeret statutum laicorum, per quod ex certis coniecturis contractus præsumeretur vsurarius, vt testatur Frederi. de Senis consilio. 96. incipit. apparet quædam lex. & sequitur Abb. in capitu. cum contingat. de iure iuran. Felinus in capit. ecclesia sanctæ Mariæ colum. 22. de constitu. ¶Sed quod dicetur iustum pretium, vt perpendatur in his contractibus paruitas pretij? Abb. notabiliter in dicto capitulo. ad nostram. dicit quòd non sufficeret quælibet iniustitia pretij: sed oporteret q̃ pretium sit valde tenue, respectu valoris rei: quia propter pactum de reuendendo, res minus valet argumen. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione. & voluit hoc etiam Socinus, qui alleg. Abb. in. d. consilio. 248. in fi. qui & pro hoc allegat in argumen. notata per Barto. in. l. 1. §. fi hæres. ff. ad Trebellia. & in. l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. & hoc docet experientia, cum propter tale pactum communiter res vendatur minori pretio, quam venderetur, vbi non interuenit tale pactum. & bonum est sumere argumentum ab experientia, vt in clementi. dispen dioſam de iudi. capi. multis. 40. distinctio. c. quam sit. de electio. libr. 6. opinionem tamen contrariam quòd nihil diminui debeat de vero & communi pretio, ratione dicti pacti, tenet Barto. Cepol. in. d. suo tractatu. tertia præsumptione ad fin. & Guido papæ, qui & loquitur in terminis istarum annuarum pensionum in suo opusculo de vsuris. fol. 3. colum. 1. versi. sed iuxta hoc quæro. & in decisione parlamenti delphynalis. quæstione. 516. vbi tenet expresse quòd si non interuenit iustum pretium, secundum communem valorem rei, tunc interueniente pacto de reuendendo, contractus præsumitur fœneratitius. alleg. gloſſ. in. d. c. conquestus. & dicit quòd ita semper vidit seruari, mihi verò placet prior opinio quia negari nõ potest ratione talis pacti rem minus valere, emptoremq; ratione talis pacti, non ita plenum ius habere acsi tale pactum non interuenisset, & quia pecuniam suam posset in prædia & alia sibi vtiliora conuertere, quæ sibi & hæredibus prodesset. & cum emit sub hoc pacto, videtur in suspenso suam habere pecuniam, cum quotidie speret talium reddituum redemptionem, & hoc videtur approbatum ex dicta. l. regia de madrid. quæ istos census in pane & vino &c. constitutos taxat ad rationem. 14. millium pro miliario. & forte posset dici quòd saltim quarta pars vel parum vltra pretij veri & communis, si cessaret tale pactum posit minui ratione talis pacti & si vltra minueretur dicatur paruum pretium, hoc videtur suaderi ex dispositione dictæ. l. regni iuncto. §. quia verò leonis. in aut. de non alie. collatione secunda. & gloſſ. in autenti. perpetua. C. de sacro sanctis ecclesijs. & gloſſ. in. d. §. quia verò leonis. super verbo faciendam. & gloſſ. iuncto text. in. l. circa. ff. ad legem falcidiam. & etiam ex gloſſ. in. §. hoc ius porrectum. 10. quæstione. 2. super parte distracte. & cum videamus vnum miliarium perpetuum seu redditus perpetui communiter valere ad rationem triginta millium morapetinorum & vltra satis erit quòd ratione dicti pacti minuatur quæ-

su vida [a] de aquel que la rescibe, o de sus herederos [b] o segund se auie-

ne, [a] por cada año: e tal pleyto como

ta pars & sic dentur viginti & duo miliaria cum dimidio ad minus. pro quolibet miliario & si imponatur cum pacto de reuendendo & cum pretia varientur ex tempore non stetur taxationi dictæ. l. de madrid. sed vt communiter redditus perpetui valeant consideretur, & maxime in istis regnis vbi rariora sunt commercia & minora lucra quæstuaria & non solent homines tam assidue & late negotiari prout solent in italia & gallia. ¶Possent etiam addi aliæ limitationes, quæ colliguntur ex notatis per Abb. in dicto capitu. ad nostram in fine & per Ioan. Andre. post Hosti. ibidem & ex illis præsumptionibus à Cepol. traditis in dicto suo tractatu de simulatione contractus. Hæc tamen tanquam principiliora tetigisse sufficiat, consulo tamen cum Innocen. & aliis grauibus dicto. abstinendum esse, prout semper abstinui, ab huiusmodi contractibus: quia vt dixi supra, propter eos christiana charitas exulat in hac materia scripsit charisimus filius meus licenciatus didacus piçarro quendam tractatum qui habetur in stampa qui vt vir timoratę conscientię cupiens salutem fidelium quantum potuit restrinxit istum contractum. poteritis videre si placeat. ego quæ dixi sentio in ista materia correctioni melius sentientis me submitens.

a ¶*Para en toda su vida.* idem si ad certum tempus veluti ad decennium vide Bald. in. l. 1. in princip. ff. si ager vectiga. vbi vide per eum quid si non adiiciatur quantitas temporis: sed dicatur concedo in emphyteosim ad tempus & per Iaso. in. l. 2. versicu. 7. quæro. C. de iure emphy.

b ¶*O de sus herederos.* Et cum simpliciter dictum est de hæredibus, veniunt omnes hæredes in infinitum. l. in annalibus. C. de lega. & l. fin. eod. titu. l. hæredes & l. sciendum. ff. de verborum significatio. quia de natura emphyteosis est, quòd sit perpetua, vt notat Barto. in lege prima. in princip. ff. si ager vectig. & in. l. 2. columna. 2. C. de iure emphyteo. Angel. in. l. qui luminibus. ff. de seruitu. vrb. prædio. limita tamen, & intellige: nisi sit emphyteosis, quæ non consuevit concedi, nisi in primum hæredem: quia tunc nomen hæredis indefinitè prolatum restringitur ad primum hæredem tantum, & si consueuit concedi in secundum hæredem, restringitur ad secundum. & sic deinceps secundum Bald. per tex. ibi in. l. antiquitas. C. de vsufructu. Limita etiam & intellige, nisi emphyteosis concedatur ab ecclesia alicui & suis hæredibus: nam tunc non intelligitur de omnibus hæredibus: sed tantum de descendentibus neque: tale concessio comprehendet hæredes extraneos, vt est text. in autẽ. de non alienan. §. emphyteosim colla. secunda. tenet gloſſ. & Barto. in. l. etiam. ff. soluto matrimonio. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua versicu. 13. & ista est communis opinio vt adducit latè decius in capitu. in præsentia. 14. colum. de probatio. dicens quod ista opinio debet præualere in iudicando & consulendo. & ibi respondet ad motiua Abb. in. d. capitu. in præsentia. colum. 9. qui tenuit contrariam opinionem. super quo puncto tu cogita: nam cùm emphyteosis ecclesiæ posit hodie dari in perpetuum, tam ex dispositione. §. licentiam. in autenti. de alie. & emphyteo. colla. 9. quam ex. l. 3. titu. 14. partita. prima videtur, quòd id quod habetur. §. emphyteosim. in autẽ. de non alienan. collatio. secunda. quæ astringit ad tertiam generationem & qualitatem hæredum, hodie non habeat locum præsertim cum per. l. partitæ. non reperiatur approbatus. d. §. emphyteosim. neque etiam per ius canonicum, & fortè videretur distinguendum, quòd aut in concessione dicitur simpliciter, quod concedit simpliciter ecclesia in emphyteosim alicui pro se, & hæredibus: non adiiciens perpetuò, & tunc procedit opinio communis: aut fuit adiectum hoc verbum (perpetuò) & tunc comprehendantur quicunque hæredes descendentes vel extranei. & cum ita mihi videretur tandẽ reperi istam fuisse sententiam Bald. in additio. ad Specula. titul. de locato. & in autentica. si quas ruinas. C. de sacro sanctis eccles. colum. prima. & in aliis locis relatis per Alexand. in. l. etiam. ff. soluto matrimo. cum refert quartam principalem opinionem vbi refert Angel. & alios istam opinio. reprobantes. ¶Sed mihi satis placet: quia per eam istæ opiniones reducuntur ad concordiam, & idem videtur dicendum si concessio fieret in quibuscunque hæredibus. & an tunc etiam comprehendantur legatarij, cum legatarius in relegata quodammodo hæres sit. per. l. id tempus. §. primo. ff. de vsucapio. vide per Iaso. in dicta lege secunda quæstio. 14. vbi refert quam plures tenentes quòd sic. Licet expresè non loquantur in concessione ecclesiæ. limita etiam & intellige dictam communem opinio. in emphyteosi solita concedi: nam secus. esset in ea, quæ ser-

uata solennitate in tali alienatione requisita de nouo concederetur, cum transiret etiam ad extraneos hæredes, vt tradit decius. vbi. 5. colum. 15. ¶Limita etiam nisi in concessione dicatur. de hæredibus masculis: nam tunc non venient extranei, sed tantum descendentes, ita tenuit Rayne. de Forli. in disputatione sua incipit, quidam habebat duos filios sequitur Bald. in. l. gallus. §. etiam colum. penul. ff. de liber. & posthum. per text. in. d. §. si clientulus. de alienatio. feu. & etiam decius in. d. c. in præsentia. ¶Sed quid si recipiat quis emphyteosim pro se & suis filiis & hæredibus, an exigatur, quod filij etiam sint hæredes, vt succedere possint in emphyteosi? Barto. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis liberto. tenet quòd sic allegando. §. emphyteosim. d. auten. de non alienan. & sequitur Bald. in. l. tale pactum. §. si. in prin. ff. de pactis per illum text. & Angel. in. d. l. gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthu. & idem dicit Alexan. consi. 44. volumi. 4. viso themate. in prin. si dicatur pro filiis & successoribus, qui allegat Imol. in. l. quod dicitur. in fin. vlti. colum. ff. de verbo. obliga. ¶Sed quid si filij sint inæqualiter instituti in hæreditate: an in emphyteoli succedant æqualiter: Bald. quòd sic in. d. auten. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. colum. 4. & in. l. liberti. colum. 6. C. de operis liberto. aduerte tamen, quia Bald. loquitur, quando non fuit adiectum verbum & hæredibus sed tantum fuit dictum de filiis: quinimo ex mente Bald. est in. d. autenti. si quas ruinas, cum dicit, quia tunc emphyteosis non est ius hæreditarium, quòd quando adiectum fuit & hæredibus &c. quòd tunc succedant in emphyteosim pro parte in qua sunt instituti, & si aliquis eorum instituatur in re certa, tunc non succederet in emphyteosi, vt voluit Bal. in. d. l. liberti. colum. 7. versicu. secundum dubium: quia appellatione hæredis in dubio venit hæres vniuersalis, non autem hæres in re certa. l. quotiens. C. de hære. institu. l. hæreditas. ff. de regu. iur. & saltem hoc procederet, quando pater voluit & expresè disposuit, quòd ad hæredes vniuersales pertinerent bona emphyteotica, vt adducit Alexan. referens Angelum & Imol. consi. 24. circa primum dubium colum. penul. volumi. 5. vide etiam Iaso. in. d. l. 2. versicu. quinto quærit hic Salyce. n. 69. colum. totius tractatus. C. de iure emphyteo. vbi dicit istum passum esse dubium, & doctores varios & nihil affirmat: sed transit remissionibus contentus non allegans dictum consil. Alex. nota etiam quòd emphyteosis hæreditaria potest vni ex filiis assignari per patrem, secundum Bald. in. d. l. liberti colum. 7. iudicatur enim de ea, sicut de aliis bonis patrimonij testatoris & sic secundum iura regni limitabitur: quod nota, quia secundum hoc attentis. ll. huius regni talis emphyteosis limitabitur ad vires tertij, & quinti, & partis legitimæ, si autem non esset hereditaria. sed tantum recepta simpliciter pro se, & filiis sine adiectione & hæredibus, tunc pater non posset vni filiorum illam prælegare vel donare, vt vult Bart. in. d. §. si liberi. colum. 2. versicu. secundum dubium. Contrarium tamen tenet Bald. in. d. auten. si quas ruinas. & Ioan. de Imo. in capitu. potuit de locato. in vltima charta. & quòd opinio Barto. in hoc magis communiter damnetur, asserit Alexan. in. d. consil. 24. col. pen. vbi ponit rationem de hoc & doctores ita tenentes vi. ibi per eum. ¶Sed quid si in inuestitura dum conceditur emphyteosis, non fiat aliqua mentio de filiis, neque de hæredibus: sed simpliciter quis accipiat rem in emphyteosim? Bald. in capitu. primo quibus mod. feu. constitu. posit vult, quòd si emphyteosis simpliciter recipiatur intelligitur recepta pro filiis masculis, sicut & in feudo dicit ibi gloſſ. & dicit hoc esse tenendum cordi. & notandum dictum Bald. refert Iaſon. in. d. l. 2. versicu. 10. quæro in. 101. colum. totius tractatus dicens, quod Ange. in. l. item videndum. §. fin. ff. de petitio. hæredi. per text. in dicto. §. emphyteosim. voluit, q̃ cũ simpliciter est recepta transeat tam ad filios masculos, quam ad fœminas. & pertransit breuiter non dilucidans istum articulum. ¶Ego verò bene consideratis verbis. dicti. §. emphyteosim, & notatis per gloſſ. in dicto capitũ. primo. quibus modis feud. constit. posit. aliter dicerem, quòd aut loquimur in emphyteosi ecclesiæ, quæ simpliciter recipitur nulla facta mentione filiorum, neque hæredum & tali casu emphyteosis durabit ad solam vitam percipientis, neque transibit ad eius filios, vel nepotes: ex quo pro eis non fuit recepta, quod satis bene probatur. in dicto. §. emphyteosim. rectè intelligendo, nam cũ ibi dicitur, nisi filios aut nepotes habuerit: refertur ad id quod primo in princip. §. dixit in versiculo. fieri finimus & in accipientis personam & in duobus eiusdem personæ hæredibus filiis &c. & sic quando fuit in concessione de filiis & nepotibus cautum, & ideo subdit quòd non transibit ad virum & vxorem nisi specialiter sit cautum. non tamen vult ille text. quod si emphyteosis ecclesiæ simpliciter recipiatur, nihil dicendo de filiis, vel nepotibus, quòd ad eos emphyteosis extendatur, neque Angel. in. d. §. fina. tenet contrarium, quia allegat dict. §. emphyteosim. qui vt dixi loquitur quando concessio fuit facta etiam pro filiis & nepotibus & ex hoc patet male dixisse Ioan. de Imol. in. d. l. quod dicitur col. 10. ff. de verb. obliga. in quantum dixit q̃ si emphyteosis ecclesiæ cõceditur non facta expressione temporis, intelligit quòd est in perpetuum concessa: nam ex quo concedi potest in perpetuum & tempus non adiicitur, dicitur in perpetuum concedi, arguũen. l. seruus. ff. de pœnis: nam hoc est expresse contra. d. §. emphyteosim. qui non est correctus, quando emphyteosis fuit concessa simpliciter: sed quãdo per verba expressa vel equipollentia in perpetuum concederetur, vt dixi. 5. Patet etiam male dixisse Bald. in auten. si quid. C. qui potio. in pig. habe. & in addi. ad Specula. titu. de locato. columna. 2. versicu. ecclesia potest. vbi dixit, quòd si ecclesia simpliciter concedit in emphyteosim, putà titio, quod tunc intelligitur de se & filiis & nepotibus. ita dicit notari in. l. etiam. ff. solu. matrimo. vbi glosſ. hoc non dicit, sed quòd emphyteosis ecclesiastica non transit ad extraneos hæredes: sed ad filios vel nepotes. & allegat. d. §. emphyteosim. qui vt dixi, loquitur etiam de filiis & nepotibus. & quòd ita intelligatur. d. §. emphyteosim, est de mente Bald. in auten. defuncto. C. ad Tertullia. parum post prin. cum dicit, nam emphyteosis ecclesiastica de sui natura non respicit, nisi lineam descendentem: quoniam non debet fieri nisi in accipientis persona, & in duobus eiusdem personæ hæredibus pondero, cùm dicit, fieri & cum postea Bald. subdit, nisi dicatur expresse quòd transeat in omnes descendentes in infinitum: quia tale pactum hodie valet per. d. §. licentiam & ex hoc patet quòd male retulit Pau. de castr. in. l. etiam. in princi. ff. soluto matrimo. dum refert Bal. dixisse in. d. auten. defuncto. quòd simpliciter concedendo emphyteosim, videtur ecclesia concedere in tertiam generationem. & hoc etiam patet, nam si de hoc fuerat casus in. d. §. emphyteosim Bal. in. d. c. 1. in fin. quibus modis feu. consti. posit. non ita dixerat tenendum cordi & notandum, quòd arguendo de feu. ad emphyteosim transiret emphyteosis simpliciter recepta ad filios masculos & quod. d. §. emphyteosim. debeat intelligi, quando fuit expressum de filiis & filiabus, tenet Ioan. de Imol. in dicto capitu. potuit ad fin. de locato. sed quia ista est noua consideratio ad. d. §. tu cogita super ea nã ex aliquibus verbis. d. §. emphyteosim innuitur, quòd & li de filiis & nepotibus non fiat mentio: in concessione tamen intelligatur in eis facta, cum dicit q̃ de viro aut vxore debet esse expresse dictum. & sic vult quòd in filiis & nepotibus non exigitur talis expressio. ¶Aduerte etiam, quòd cum hodie, vt dixi, emphyteosis ecclesiæ posit dari in perpetuum, si concederetur interueniente iusta causa alienandi, & interuenientibus solennitatibus à iure canonico requisitis, licet concederetur simpliciter, intelligeretur perpetuo concessa, & transiret etiam ad hæredes extraneos, vt & voluit Alexan. in. d. l. etiam. in princip. & satis est de mente decij in. d. colum. 15. & hoc casu posset saluari & procederet opin. Ioan. de Imol. in dicta lege quod dicitur. ¶Si verò priuatus simpliciter concedat emphyteosim, tunc bene crederem quòd transeat in hæredes recipientis etiam extraneos, ex quo fuit concessa sine temporis præfinitione per. l. si pactum. ff. de proba. & argu. dict. leg. seruus. ff. de pœnis. ¶Ex prædictis etiam patet malè dixisse Bal. in lege secunda columna prima. C. de iure emphyteo. & in. §. finali. de feu. dat. in vicem. l. commisso. alias est in capitu. quidam. de vsu mediolanensi. vbi dicit quòd si quis acquisiuit emphyteosim ecclesiæ per præscriptionem, quòd emphyteosis sic præscripta extenderetur ad tertiam generationem, sicut dicit ipse si informiter esset concessa. 1. sine personarum distinctione intelligitur in tertiam generationem allegando. d. §. emphyteosim qui forte hoc non probat & in. q. Bald. de emphyteosi præscripta. contrarium tenet Angel. in dicta lege secunda. imo quòd intelligatur ad vitam præscribentis, & sic quod minimum est & forte in emphyteosi præscripta istud est verius, quidquid dicat Iaſon. in dicta lege secunda. in. 89. colum. totius tractatus.

a ¶*Segun se auiene.* Veluti quod transeat ad primogenitum secundum Bald. in lege secunda. columna prima. C. de iure emphyteo. & Iaſo. ibidem colum. 69. totius tractatus versicu. secundo quærit Bald. & vult ibi Bald. inspici tempus mortis in consideratione primogenitur̃ę quia successio habet naturã relationis ad tempus mortis. & ideo inspicitur prioritas quę tunc in rerum natura versatur allegat. l. ex facto. §. penultimo. ff. ad Trebellia. quod verbum nota ad maioricatus, valebit etiam pactum, quòd spurij succedant secun

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum eundem Bald.in dicta lege secunda.columna prima.& sequitur Iason.89.colum.totius tractatus assignat Bald. rationem: quia non tanquam hæredes sed tanquam per procuratorem stipulantem veniunt, sed licet docto.non tangunt obstare huic dicto videtur, quod per tale pactum inuitatur quis ad delinquendum:igitur non debet valere. l. conuenire. ff. de pactis dota.l. si vnus.§. illud.ff. de pactis. & hinc est quod non tenet statutũ habilitãs spurios ad successionem,vt tenet Bartol. & Paulus de castro in.l. Seyᵃ. & augerius. ff. ad legem falcid.Bald.in lege prima.C. de iure aure. anullo. & in l.1.columna secunda.C. de his qui pœnæ nomi. & in.l.eam quam.columna octaua. C. de fideicommiss. vbi & in columna nona. dicit quòd & si princeps vellet facere constitutionem generalem, quòd spurij succedant constitutio non valeret: quia esset in directe contra bonos mores,& esset permissio futuri doli.vnde subdit quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo qui nondum sunt concepti in vtero:quia est dolus de futuro irremissibilis vnde & tale statutũ tanquam nutritiuum peccati potest episcopus annullare,vt consuluit Fredericus de Senis consi.175. alias.268.& refert Ioan.de Plate.in.l.1.C. de his qui se deferunt libro decimo.in fin.& adde Barto.in.l.testamenti factio. ff. de testa. ¶Potest dici quòd aut illud pactum apponitur respectu illius, qui potest habere legitimam & naturalem prolem,veluti ei qui potest matrimonium contrahere,& ex matrimonio pro creare liberos, tunc tenebit pactum quòd & spurij succedant in emphyteosim:cum tunc pactum non ita inuitet ad delinquendum,& ex quo potest habere filios legitimos,non præsumetur quòd velit eos habere ex damnato coitu:si verò verba talis pacti referuntur ad eum, qui non potest habere nisi spurios filios,veluti ad clericum in sacris, tunc videtur quòd tale pactum non teneat,& hæc distinctio colligitur ex notatis per Barto.in lege hæredibus.§.primo versicu.facit ad quæstionem.ff.ad trebellia.& per Abb.in capitu.in præsentia col.5. de probatio .& tene menti,quia doctores non tangunt.& vidi de hoc.q.arduam in regali audientia in magna causa.

bas la partes:e por escrito:[a] ca de otra guisa non valdria. Otrosi, deuen ser guardadas todas las conueniencias,[b] que fueren escritas, e puestas en el. E por que este pleyto es semejante,mas a los logueros,que a otro contrato ninguno, porende fablamos en este titulo del:e dezimos, que si la cosa que assi es dada,a censo,se pierde toda por ocasion,assi como por fuego,[c] o por terremoto,[d] o por aguaducho: [e] o por otra razon semejante:tal daño como este,per

a ¶*O por escrito.* quòd requiratur de necessitate scriptura vltra istam l.probatur.l.3.titu.14.1.parti.ibi e deue se hazer por carta de escriuano publico & de iure communi ista erat magis communis opinio,vt testatur Iason. in lege prima. C. de iure emphyteo. colum. 15.&.16.& tenuit Azo.in summa.C.eod.2.colum.verlicu. celebratur iste contractus & intellige,quòd requiratur scriptura tam ad substantiam, quam ad probationem secundum Iaso.vbi suprà vnde dicebat Ange.in.l.prætor ait.ff.de edendo quòd si emphyteota non exhibet instrumentum emphyteosis domino directo, potest per eum expelli & præsumitur emphyteosis finita,allegat Bald.& Specul.qui tamen ita in specie hoc non dicunt.

b ¶*Conueniencias.* Adde.l.1.& secũdam.C.de iure emphyteo.&.§.adeo institu. de locatione.

c ¶*Por fuego.* Si ergo domus sit combusta,licet remaneat area cum ex incendio area non consumatur,vult ista.l.quòd remittatur pensio emphyteotæ, quod multum nota: quia contrarium in domo combusta tenet Ange.in autenti.de non alie.§.lex itaque.ad fin.est enim area maxima pars domus.l. qui res.§.aream.ff.de solutio.& sic non potest dici quòd perierit res tota.& ita arguit in.q.simili Io. de Imola.in.c.potuit.de loca.colum.19.versicu.& prædicta faciunt ad quæstionem & dictum Ange.sequitur Iason.in dicta lege prima. C.de iure emphit.colum.4.tene ergo menti istam.l.& similiter potest dici,quod si vinea vel oliuetum emphyteoticum comburatur,licet remaneat solum quòd emphyteotæ sit remittenda pensio per istam.l. & idem videtur dicendum si terræ motu domus periret, etiam manente area.& pro decisione huius.l.facit quia mutata forma substantia rei videtur esse perempta.l.iulianus.§.sed & si quis.ff.

teneſce al Señor della,e non al otro que la ouiesse assi rescebida,de aquel dia en adelante, non seria tenudo de darle censo ninguno. Mas si la cosa non se perdiesse de todo, por aquella ocasion, e fincasse quanto la ochaua parte[f] della alomenos:estonce, tenudo seria de dar le censo cada año por ella,assi como le auia prometido. E a vn dezimos,que si la cosa que es dada a censo es de eglesia, o de orden.si aquel que la touiesse,retouo la renta,o el censo por dos años,[g]

bile,& cogita an idem erit dicendum,si res super qua imponitur cẽsus secũdum modernos cõtractus nostri temporis destrueretur: ga militare videtur eadem ratio,& ea quæ dixi.§.in principio huius.l.

d ¶*Terremoto.* quia fortè fracta est & aperta terra versus abyssum,

vt declarat Ioan.de Imol.post Ioan. Andre.in.c.potuit.de locato. declarando verbum(chasmate)positum ibi in glosso.q intelligatur de terræ motu vel fractione.

e ¶*Aguaducho.* Idest inundatione:quia quod est innundatum ab aquis censetur deperditum.l.si in venditione.§.primo.ff.de peric. & commo. rei vendite lex.tertia. §. Labeo.l. qui vniuersas. §. item quod amari.ff.de acquirenda possess.& paria sunt rem esse inundatam,vel à mari,vel à flumine vel esse ab hostibus occupatam.l.cum vnus.§.fina.ff.de bonis auto.iudi.possi.vnde similiter fiet emphyteotę remissio pensionis,si propter guerram non potuit percipere fructus rei emphyteoticæ Barto.referens Iacob. de Aret.in lege interdum.§.primo.ff.de acquirenda possessione.& in lege prima. C.de iure emphyteo.& tenet Ioan.de Imol.qui & alios refert in decto capitu.potuit.18.colum.Ioan.de Plate.in lege quicunque.C. de fundis patrimo.lib.vndecimo tradit latè Iaso.tandem resident in ista conclusione in.l.1.colum.20.cum multis sequen.C.de iure emphy.vide per eum qui refert multas & varias opiniones in hoc & ali qua notabilia dicta in materia.

